



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 109. In dubio, an ordinarius precedere ordinaria vel autoritate  
delegata censendus sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

## SUMMARIUM.

1. Ordinarius multa potest auctoritate delegata in exemptos, quae ordinaria non potest.
2. Processus ordinaria auctoritate vincitur, si delegata auctoritate factus non sit.

**N**ulla potest ordinarius auctoritate delegata, quae auctoritate ordinaria non potest, sicuti auctoritate ordinaria negligentiam Praelatorum non supplet, delegata vero supplet, *Clem. 1. de supplenda neglig. Praelat.* ita auctoritate ordinaria non cognoscit de causis exemptorum, delegata vero cognoscit in casibus sibi a Concilio Trid. sess. 6. cap. 3. & 4. sess. 7. cap. 6. & 7. sess. 13. cap. 5. sess. 14. cap. 4. sess. 21. cap. 3. 5. 7. 8. sess. 22. c. 1. 8. 10. 11. 14. sess. 25. cap. 89. de Refor. attributis, unde constat, ut si auctoritate ordinaria procedat, cum delegata procedere debuerit, ejusmodi processus vitio & defectu jurisdictionis non obstat, *Wames. conf. 463. nu. 4. de Regularibus* *tom. 2. qua de re vide etiam questione sequenti.*

## QUESTIO CIX.

In dubio an ordinarius procedere ordinaria vel auctoritate delegata censendus sit.

## SUMMARIUM.

1. In dubio potius ordinaria, quam delegata auctoritate processum praesumitur.

**M**ullum ut scripti refert, quae auctoritate procedatur ordinaria vel delegata *Menoch. lib. 2. praef. 17. per tot. quem laudavi alio in loco lib. 1. de Jurisdic. Ord. in Exempt. cap. 14. nu. 7.*

Sed quid dicemus, cum ut est proverbium, in qua haeret seu in dubio. Et quidem Dominus Wamesius, *conf. 465. nu. 2. de Regul. tom. 2.* quid haec in re censeat, expressit his verbis, sicut naturalis & communis seu ordinaria causa in quocumque dubio & in plures partes protendente actu potius quam accidentaria praesumitur. *l. qui habet ff. tutelis, praesertim ubi naturalis & accidentariae concurrentis non permittitur, glo. in d. l. i. qui habet,* ita quoque in exercitio iurisdic. concurrente in eundem iudicem ordinaria & delegata potestate, praesumitur potius exercitium ordinariae quam delegatae tanquam accidentariae jurisdictionis, & iudicem utraque hac qualitate praeditum, potius ut ordinarium, quam ut delegatum actum jurisdictionalem facere per respectum ad naturalem seu ordinariam potius quam accidentalem

& extra ordinariam potestatem, *Andreas Barbat. conf. 88. nu. 5. vol. 4.* Unde est quod *Fridericus de Senk. conf. 130. nu. 3.* scribat, processum Episcopi seu ejus Vicarii habentis ordinariam & Apostolicam auctoritatem non tantum ex speciali Pontificis, sed etiam ex generali Canonis dispositione uti in multis casibus id ita constitutum est, *Clem. quia contingit de Relig. dom. Clem. 1. de suppl. neg. pralat.* esse omnino nullum, si cum illum ordinaria potestate facere non potest, eundem faciat nulla qualitate expressa, ob id quod nulla expressione facta censeatur actum facere sua ordinaria non aliena seu delegata potestate, ita *Wames. adicienda* tamen non abs re videntur ea restrictiones, quas eadem in materia alio in loco attuli, *d. quest. 14. nu. 7.*

QUESTIO CX.

Qualem jurisdictionem habeat Episcopus in Monachos.

SUMMARIUM.

1. Ordinarius quo ad regularia instituta non habet in Monachos jurisdictionem.
2. Secus quo ad crimina publica.
3. Limitatur nisi Monachi essent exempti.
4. Item nisi Monasterium sit alicui Praelato pleno jure subiectum.
5. Paria sunt territorium habere, vel pleno jure esse subiectum.
6. Episcopus in alieno territorio alteri pleno jure subiecto jurisdictionem exercere non potest.
7. Idque non obstante Concilio Tridentino.

**R**esponderur, quo ad Regularia instituta nullam habere jurisdictionem quo vero ad crimina publicis legibus seu Canonibus vindicata jurisdictionem habere, *Prosper Farina. decis. 770. cent. 7. decisionum impressarum Francosuri 1612 cap. omnes Basilica 16. quest. 7. hujus de Episcopo lib. 4. par. 2. quest. 35. nu. 81.* quod maximè procedit in Abbatis quorum Episcopus caput etiam est, *velut Abbas patronum. causam qua 1. nu. 8. de judicis.*

Limite autem, nisi Abbatia sua Monasterio essent à Jurisdic. Ord. in Exempt. *Farina. d. dec. 770.*

Limite secundo, nisi Monasterium sit alicui Praelato, utpote Abbati vel altero jure subiectum, *Farina. dec. 136. nu. 2.* paria enim sunt territorium proprium habere vel pleno jure esse subiectum *glo. Clem. 1. verb. aut earum par. 1. de foro compet. Card. conf. 25. Gemini. Franc. & DD. cap. ut animarum de constit. Episcopus autem in*